NOUE REGULE CANCELLARIE SUPER REUOCATIONE OMNIUM FACULTATUM...

Chiesa cattolica : Cancelleria apostolica



Regula noua reuocationis omniũ facultatũ Legatis/& Nunciis apostolicis concessa℞.

SAnctissimus in xp̃o Pater & dominus noster dñs Leo diuina prouidentia Papa Decimus, qui postq̃ per quandam reuocauerat quascũq; facultates concessas quibusuis Patriarchis / Archiepiscopis/Episcopis/& aliis Prelatis, ac personis: Necnon apostolice Sedis Nunciis/ ac fructuũ & prouentuũ Camere apostolice debitorum Collectoribus/de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, uel contrahendo in gradu prohibito: ac super nataliũ/ & etatis defectibus/& de incompatibilibus ecclesiasticis beneficiis insimul retinendis: Necnõ de Notariis publicis creandis/ac al̃s a premissis officia Episcoporum/Nuncio℞/ & Collecto℞ directe non concernẽtes / quoad omnia in quibus facultates ipse nõ erant effectum sortite/ & si Nunciis eisdem dicte Sedis de latere competens fuisset concessa potestas: Attendens ꝙ forsan nõnullis Prelatis/ac etiã Legatis de latere/& suis, ac dicte Sedis Nunciis/ etiam cum plena potestate Legati de latere/& Camere Collectoribus hm̃oi/aliisq; personis ecclesiasticis similes & maiores/ etiam conferendi/ & cõmendãdi/ac uniendi beneficia ecclesiastica/ & ad illa nominandi/& presentandi facultates/post di

ĉte constitutionis publicationẽ per diuersas/ etiã in forma Breuis literas concesserat/& antiquas re ualidauerat/ constitutionem predictam per alias cõstitutiones suas quoad facultates Prelatis/ Nũciis/Collectoribus/ & personis ecclesiasticis post/modum per Sanctitatem suam concessas & reua lidatas hmõi innouauit/& ad facultates Legato/rum de latere, etiam in Prouinciis sue Sanctitati & sancte Romañ. ecclesie ĩmediate subiectis/ tũc & pro tempore deputatoꝝ/ quoad ea, que ex dis/positione iuris cõmunis eis non competebant/ex tendit: ac omnes & singulas facultates hmõi, il/larũq; reualidationes/declarationes quoq;/& atte stationes quascũq;, que etiam cum posterioris & prioris constitutionũ hmõi expressa derogatione & noua ipsarum concessione ab eadem sua San/ctitate emanauerant / & in futurum quomodoli/bet emanarent / sub priori & posteriori constitu/tionibus hmõi, etiam si in eisdem facultatibus/re ualidationibus/ declarationibus/ & attestationi/bus/ac literis eatenus, & pro tempore desup con/fectis/ constitutiones predicte de uerbo ad uerbũ pro totali illarum derogatione narrate, uel inser/te forent/omnino cõprehendi debere declarauit: Decernens irritum &c. Constitutiones ipsas certis rationabilibus suadentibus causis, cum irritanti decreto hmõi innouauit, & innouando similem

penitus illi, que in eisdem constitutionibus con-
tinetur/reuocationem fecit. Ac similibus suaden-
tibus causis/ quascūq; plenarias Indulgentias ab
eadem Sanctitate sua in fauorē expeditionis con
tra Turcos/ aut alios orthodoxe fidei hostes, etiā
cōsideratione Regum/ Reginarum/ uel aliorum
Principum/seu ad eorum supplicationem ad tem
pus nondum elapsum hactenus concessas: Nec-
non deputandi & eligendi Confessores, qui ple-
narie absoluant/ & alia faciant, ad earundem In-
dulgentiarū effectum: Reliquasue facultates in
literis indulgentiarū hmói contentas/ ac easdem
Indulgentias aliter quomodolibet concernentes
etiam reuocauit. Decreuit quoq; irritum & inane
quicquid facultatum reuocatarū earundem pre-
textu decetero contigerit attemptari.

Placet/publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Ro-
me in Cancellaria Apostolica, Die. xviii. Mensis
Martii, Anno Incarnationis dominice. M. d. xv.
Pontificatus prefati Sanctissimi dñi nostri An-
no Tertio.

Noua Regula Cancellarie super reuocatioñ. Reseruationũ specialiũ/etiam Mentaliũ zc.

SAnctissimus in xp̄o Pater & dominus noster dominus Leo diuina prouidentia Papa Decimus: qui nuper per aliam Constitutionem suam certis rationabilibus suadentibus causis inter cetera quascunq; expectatiuas gratias/ & alias, q̄ super quibus per Cancellariã apostolicam litere in forma solita expediri consueuerant, Reseruationes/nominationes/nominãdiq;/& nominatis conferendi facultates, & mandata/uniones quoq;/annexiones, & incorporationes/suppressiones, & extinctiones/que a Sanctitate sua, & Sede apostolica/ quauis cõsideratione/pro quibusuis psonis/& in quarũuis Ecclesiarum/ Monasterioꝝ/ Mensarum zc. cõmodum & fauorem, etiam cũ quibusuis clausulis & decretis, etiam irritantibus/ eatenus emanauerant/ac super illis confectas literas, que suũ nondum uere sortite erant effectum/quoad beneficia, in nullius tamen expresse persone fauorem / in mente Sanctitatis sue specialiter reseruata/ reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis. Constitutionem ipsam extendit quoad hec, ut decetero supplicantes/uel etiam Motu proprio per Sanctitatem suam sibi conferri, uel cõmendari, aut aliis